

Sanch. dub. 2. nu. 10. Joseph. Ludovic. Lucens. de- cis. 67. nu. 28. Ad quarum opinionum conciliatio- nem dici possit, quod iudex, vel vir prudens, qui taxaturus est, quantum pro futuris operis præstan- dum sit, rectè faciet si arbitrium ad computatio- nem d. l. hereditatum, accommodaverit; non tamen ad id præcisè tenetur: quod deducitur ex doctrina D. Covar. infrà, lib. 3. c. 9. nu. 8. ubi asserit, Judi- cis arbitrio relinqui, utrum computatio illa Con- sulti in aliis controversiis ultra æstimationem ali- mentorum, de qua ibi, sit admitenda, quem re- ferunt, ac sequuntur Cæsar. nu. 97. Escob. de ra- tiocin. comp. 2. nu. 4. Molin. de primogen. lib. 1. c. 19. n. 39. Ver. Quamvis, & dixi, sup. c. 2. in fin.

Ibi: Ubi scribit idem esse etiam si homicida.

69 Homicidæ hæredes, qui mortis pœnam sustinuit ad satisfact onem impensarum, & damnorum occisi successibus tenentur, Farin. c. alios laudans, n. 9. Sanch. dub. 6. n. 2. apud quem aliqui Theologi An. Gom. sup. n. 37. Clar. d. S. Homicidium n. 18. Cæsar. nu. 73. Card. Lug. s. p. sect. 1. n. 26. & sect. 2. num. 48. Becan. quest. 10. n. 3. Navar. in summ. c. 15. nu. 25. Less. sect. 22. nu. 138. Pat. Molin. disput. 84. nu. 7. ubi ait, non teneri in foro conscientie hæredes, nisi petatur ab hæredibus per injuriam occisi: quod etiam tenuit Becan. & est communis Theologorum sententia, quia videntur vindicta contenti.

Ibi: Quibus adde injuriam passus.

60 Quamvis deformitatis æstimatio solvenda sit ab eo, qui servum vulneravit, nihil ex ea causa homi- ni libero debetur, quia pecunia æstimari non potest, nisi ex cicatrice, vel vulnere aliquod detri- mentum rei familiaris evenierit; Bart. in tract. de ci- patricib. Farinac. nu. 118. Dian. res. ut. 54. vers. V- rum his. Sanch. dub. 1. nu. 11. Filiuc. tom. 2. tract. 32. cap. 8. nu. 200. Pl. c. ubi proxime, Ant. Gom. cap. 6. n. 12. Baiard ad Clar. S. I. juria, n. 44. vers. Item adde si tali, Less. dub. 23. nu. 141. vers. Secunda pars, Navar. d. res. ut. lib. 4. cap. 1. num. 80. Quamvis contrarium sentiat Molin. disp. 88. nu. 4. Pichard. plures referens in S. Item is, n. 28. I. st. de obligat. qua quas. ex delict. nascunt.

Ibi: Nisi femina sit.

61 Si feminae nupturae aliqua injuria fiat, ex qua deformis efficiatur, debet pecunia hoc damnum refarciri, quia difficultus conjugem inveniet, ni dote aucta defectus corporis suppleatur. Ita tenent omnes DD. nuper laudati.

62 Nota, hæredes homicidæ in utroque foro teneri ad damna, & expensas, quæ ex nece, vel injuria sequuntur, quia hoc pœna non est, sed restitutio damni illati, ad quod intra vires hæreditatis obligantur, Sanch. dub. 1. Card. Lug. sect. 2. in princip. Dian. d. res. ut. 53. vers. Nota etiam. Molin. disp. 87. nu. 9. Less. d. dub. 19. nu. 127. Panormit. in cap. ult. de sepult. Greg. Lop. in l. 25. gloss. 11. tit. 1. part. 7. D. Covar. infrà, lib. 3. c. 3. nu. 7. Ca- cheran. Piedmontan. decis. 151. nu. 8. Quod adhuc de jure civili verum est; quamvis contrarium di- cendum videatur, communi opinione attenda, quæ habet, actiones ex delicto descendentes contra hæ- redes non transire, quanquam ad reparationem damni illati pertineant, nisi aut lis cum defuncto fuisset contestata, aut aliquid ex maleficio quæsi- tum ad eosdem pervenerit, per l. unic. C. ex delict.

defu. flor. & alius, prout docent Guttier. Canoniz. car. lib. 2. q. 18. à nu. 47. Ant. Gom. in d. c. 1. n. 85. Clar. d. S. fin. quest. 86. ubi Baiard. Roderic. Suar. alle- gat. 26. ex n. 3. Menchac. illustr. lib. 1. cap. 7. nu. 15. Cevall. quest. 464. Qui differentiam inter jus Ca- nonicum & Civile constituunt; nam c. p. ult. de sepultur. statuitur, ut hæredes teneantur ad re- surciendum damnum, quod defunctus dederit, nec opus est, quod lis fuisset cum delinquente contestata, nec quod penes ipsos lucrum in maleficio existat.

Sed ea communis opinio est admittenda, quando 63 interesse sub actione pœnali continetur, ut in actio- nibus mixtis legis Aquiliae, quod metus causa, & similibus, de quibus Justinianus in S. Ex maleficiis, Inst. de actionib. de his enim sermo est in d. l. unic. quandoquidem civile jus non patitur, ut actiones pœnales astringant successores, l. 1. ff. de privat. de- lict. l. constitutionib. 32. ff. de actionib. & obligat. l. 21. tit. 1. part. 7. cum aliis. Secus tamen est, quando actio solum continet damni illati reparationem, nec pœ- nae conjungitur; nam ista quanquam à delicto pro- cedat, cum pœnalis non sit contra hæredes com- petit; l. si pro fure 7. S. Conditio. ff. de condit. sur- tit. v. Optimè Justinianus, in S. His autem verbis, Inst. de leg. Aquil. notat Guttier. sup. nu. 56. Pichard. in dict. S. His autem, num. 49. Hinc est, ut cum actio ad damna, & expensas, quæ injuriam passo datur, pœnalis non sit, sed rei persecutoria, nec actioni injuriarum commixta sit, Anton. Gom. d. cap. 1. nu. 85. & constat ex dictis sup. nu. 49. con- tra hæredes injuriantis competat, quamvis secus in actione injuriarum eveniat, quia pœnalis est; l. in- juriarum 13. ff. de injur. S. Non omnes, Inst. de per- pet. & temp. actionib.

Ex quibus tandem colligitur, actionem ad dam- 64 na, & interesse in hæredes injuriantis dari, etiam de jure Civili. Quod ampliat, ut idem sit si Filius bona injuriantis occupaverit, Cler. in d. S. Homi- cidium, num. 18. Sanch. ubi proxime, num. 6. Ber- trand. cons. 117. lib. 8. Navar. in sum. Latin. c. 15. nu. 25. Bonacin. sup. punct. 1. num. 15. vers. Ad id Navarrus. Sed an hæredes teneantur in solidum, ita ut si unus solvendo non sit, alter integrum solvat? videas Cardin. Lug. sect. 2. n. 31. Clar. S. fin. quest. 51. nu. 50. Molin. tract. 4. disp. 4. n. 4.

Verf. Tenetur item is.

Est controversum, an occidens, vulnerans, vel 64 aliter proximum injurians, teneatur in foro conscientie ad aliquid restituendum ratione mortis, in- juria, vel vulneris? In quo sunt tres sententiae com- munes. Prima docet, teneri, Secunda huic omninò contraria. Tertia asserit nihil de justitia deberi, sed ex charitate duntaxat, de quibus Sanch. la. è dub. 1. Dian. res. ut. 54. Card. Lug. d. disp. 11. sect. 1. n. 13. 22. Molin. d. tract. 3. d. 88. Less. d. cap. 9. dub. 23. Na- varra sup. c. 1. n. 80. Pat. Vazq. in opuscul. tract. de res. ut. c. 2. §. 3. dub. 5. n. 17. Bonacin. sup. n. 10. Becan. quest. 4. 11. Navarr. d. c. 15. n. 19. 20.

Ibi: Ubi probat mortuo injuriam passo.

65 Similiter extant variae sententiae circa restitutio- nem faciendam per orationes, aliave opera pia pro anima interfecti, & ad id, qui occidit, teneri, senti- unt Farinac. d. quest. 119. n. 104. Plot. de in lit. juranda §. 41. num. 2. 3. Clar. ubi proxime, Molin. disp. 84. nu. 11. Roland. cons. 39. n. 5. lib. 2. Vignier lib. inhi- zution. c. 5. §. 1. vers. 9. Capus, lib. 2. decision. c. 66. Rebell. de obligat. justit. lib. 3. quest. 14. nu. 6. & alii apud

apud Sanch. dub. 1. n. 4. Tusch. litt. H. concl. 148. num. 19.

66 Contrariam verò sententiam, & sic quod occisor nihil facere, aut largiri in conscientia debeat pro anima illius, quem peremit, receptus est, maxime apud Theologos, ita docet Dian. resolut. 55. vers. Contra, Less. dub. 23. n. 148. Becan. sup. quest. 13. n. 2. Filiuc. sup. c. 8. n. 205. Bonacin. nu. 12. Azor. part. 3. lib. 5. c. 3. quest. 12. quest. 120. Navarra sup. n. 98. Rodrig. in sum. part. 1. c. 139. n. 8. Navarr. d. c. 15. n. 23. Sanch. n. 5; ubi alii, & ratio est, quia restitutor tendit ad faciendam æqualitatem in rebus ejusdem ordinis, vita autem, honor, & alia res temporales diversi ordinis sunt, ac spiritualia, & sacra, neque hæc possunt earum pretium esse. Consti- tum tamen pium, ac æquum est, ut qui aliter non satisfacit, suffragiis, aliisque operibus satisfactoriis juvet, quem lætit, ut notant Bonacin. Sanch. & alii, rejecta opinione eorum, qui hoc ex charitate nec- cessarium esse putabant. Quæ omnia procedunt, quamvis injuriā occidens alias non satisfaciat, ut præfati DD. declarant.

Ibi: Cæterum quibusdam visum est.

67 Ad satisfactionem injuriæ sufficere, quod petat- ur ab injuriato venia; & hoc necessario desiderari, notant Becan. d. q. 4. n. 2. Less. d. dub. 23. nu. 145. Sanch. ubi proxime, nu. 9. qui alios refert, & dub. 11. n. 5. advertit, hæredes ejus, in injuriam intulit, non teneri ad petitionem veniæ, quia onus hoc co- heret personæ facientis injuriam. Sed qui injuriam sustinuit, gravior peccabit, si hujusmodi satis- factionem injuriæ non admisit, quia internum animi odium ostendit generans scandalum, Pater Suarez de fide, spe, & charitate, tract. 3. disput. 5. sect. 5. n. 9. Less. ubi proxime, Bonacina tom. 2. tract. de legib. disput. 3. q. 4. de charitate, punct. 3. nu. 5. qui asserit debere offensum signa reconcili- ationis, ac benevolentiae exhibere. Adde notata infra, num. 70.

Ibi: Quamobrem Ioannes Ananias.

68 Hæc opinioni, quod injuriatus non teneatur re- mittere injuriam, & odium deponere, nisi adver- sarius veniam petierit, videtur probari Luc. c. 17. vers. 3. Si peccaverit in te frater tuus increpa illum; etsi penitentiam egerit, dimitte illi. Et si septies in die peccaverit in te, & septies in die conversus fue- rit ad te dicens: Pœnitet: Dimitte illi. Et hanc in- terpretationem attulisse D. Aug. sup. Matth. c. 6. in illis verbis: Sicut & nos dimittimus, & c. refert Maldonat; ibidem; qui rectè asserit, etiam venia non petita, nos astrictos esse ad diligendum inimi- cos, ita ut non liceat ipsos odio prosequi. Verba verò Matthæi asserit non probant, nisi à contra- rio sensu, quod argumentum non valet, ubi resultat ab onus intellectus; dixi sup. lib. 1. c. 7. nu. 52. vel possunt intelligi de remissione quoad forum ex- ternum, quod tamen præceptum non est, sed consi- lium, ut constat ex dictis sub hoc capite.

Ibi: Licet quis non teneatur speciali dilectione.

69 Inimicis negare non licet ea, quæ communiter omnibus proximis tenentur exhibere, unde externa benevolentiae signa, cessante scandalo, possumus non prestare, de quo Maldonat. sup. c. 5. n. 44. Hur- tard. de charitat. disp. 153. sect. 4. Bonacin. d. punct. 3. Pat. Suar. dict. sect. 5. à nu. 6. Filiuc. tom. 1. tract. Farinac. ad Covar. Tom. 1.

28. Valent. tom. 3. disput. 3. quest. 3. punct. 2. ex vers. Secundo queritur.

Ibi: Id autem quod de petitione veniæ diximus.

70 Quamquam asseruerimus veniæ petitionem opus esse ad injuriæ satisfactionem; est tamen tem- perandum si prudentis judicio non oporteat peti, veluti si is, qui injuriam intulit, superior sit inju- riato, ita ut non deceret, quo casu sufficeret per alios actus benevolentiae, ac urbanitatis reconciliari. Ita ut aliis laudatis Bonacin. d. tract. de res. ut. disput. 2. q. 5. punct. 2. n. 5.

Necessario præmissis addendum est, eum qui ad 71 nullam defensionem vulnerat, vel occidit, ad nihil teneri: sed si moderamen defensionis non servert, dubitatur, utrum integrè restituere damna sequuta debeat, vel pro modo culpæ in excessu arbitrio ju- dicis vel prudentis viri? Et hoc receptius est; quamvis illud etiam commune sit, ac probabile; ut videre est apud Sanchez dub. 9. Anton. Gom. d. c. 1. n. 38. Bonacin. d. sp. 3. q. ult. sect. 2. punct. 1. à n. 3. Car- din. Lug. dict. disp. 11. sect. 2. n. 50. Dian. part. 5. tract. 4. resolut. 44. Cæsar. sup. part. 2. c. 11. n. 75. Farinac. q. 119. n. 122. 124.

72 Similiter, quando aliqui se invicem ad duellum provocant spontè, nullus ex homicidio, aut vulnere ad restituendum obligatur, Sanch. dub. 10. n. 1. Bonacin. n. 1. ubi alii. Sed contrarium sustinet Ant. Peregrin. in tract. de duell. q. 39. cujus sententia omni- nino placet, pro qua conabimur adversariorum fun- damentis satisfacere; & illis eversis, propter quæ à generali regula recessum est, constabit eandem ha- bere locum, etiam in occidente in duello, ut scilicet ad restitutionem interesse obligetur, quamvis de communi, spontaneòque consensu ad certamen deveniat.

73 Non primum ad stipulatur, quod non videtur vo- lenti, & consentienti injuria irrogari. Nam respon- detur, hoc verum esse, quando voluntas, & consen- sus versatur circa materiam, quæ dispositioni con- scientis subicitur; vita autem, & corpus hominis in ejus potestate non est, l. liber homo 13. ff. ad leg. Aquil. probavi sup. hoc lib. c. 8. n. 121. Idèdque omne pactum circa illa, nisi lege approbat, non tenet, ut ibidem dixi. Undè cum conventio illa ad duellum nulla sit, nullum effectum producere potest; l. 4. S. Co- demnatum, ff. de re judicat. Cyriac. controvers. 254. n. 22. Menoch. cons. 350. nu. 14. Et corroboratur ex eo, quod duellum est prohibitum, Tridentin. sess. 25. c. 15. l. 10. tit. 8. lib. 8. Recopilat. & sic omnis pactio circa illud non subsistit, ut pote quæ legibus ac bonis moribus repugnat, c. fin. de pact. l. pactum: 6. C. eod. l. non dubium, C. de legib.

74 Ad idem etiam potest referri, quod cum ali- qui se mutuo laceant, nemo ex illis consentit, aut vult ab alio occidi; sed duntaxat conveniunt circa genus armorum, & locum ubi absque impedimen- to certari possit, & unusquisque adversarium pe- rimere intendit, existimans, illum perperam opera- ri, injuriamque inferre, si vulnus aliquod inflixerit, ex quo nullo modo consensus, aut voluntas colligi potest quæ enecantè in duello à restitutione excuset; cum actus ultra intentionem agentium nihil ope- rentur, l. non omnis 19. ubi notatur, ff. si cert. petat.

75 Secunda ratio, quæ redditur pro communi, est, quod qui mutuo consensu spontanei ad duellum veniunt, consentunt ad invicem sibi condonare om- nem injuriam, ac damna quæ ex eo actu sequantur. Sed hæc præsumpta condonatio admittenda non est triplici capite, Primò quia remissio proprii juris



non præsuntur, nisi ad actum, qui geritur, sit omnino necessaria; Cysiac. *controvers.* 323. num. 11. Cravet. *conf.* 638. n. 9. Carleyal. *de iudic. lib. 2. tit. 3. disp. 19. nu. 14.* Ad duellum autem remissio damnorum, & expensarum ex vulnere vel homicidio minimè opus est, atque ita præsumi non debet. *Secundò*, qui se ad dimicandum provocant, odio accensi mortem sibi invicem exoptant, & hoc ipsum per provocationem intendunt quare verosimile non est, ut de condemnatione aliqua injuriæ inferendæ cogitent, quia inducta ad unum finem, non possunt contrarium operari; *cap. quod ob gratiam 61. de reg. jur. in 6. l. legata inutiliter 19. ff. de legat. 1. Tertio*, etiam si hujusmodi remissio expressum fieret, non subsisteret, quia contra bonos mores est, condonare delictum committendum, siquidem ad peccandum præbatur occasio, *l. si unus 28. §. pacta. ff. de pact. l. generaliter 26. ff. de verbor. obligat.* Igitur multo minus ex præsumptione inducta valebit. Ex quibus constat, duobus se mutuo ad duellum lacerantibus, eum, qui adversarium percussit, ad expensas, & damna obligari, etiam in animæ iudicio, perinde ac si extra duellum idem admisit; quam sententiam teste Sanch. *sup.* quidam amplectuntur Neoterici.

76 Quod si quis ad duellum provocetur, illudque, ne honoris jacturam patiat, acceptet, ac provocantem vulneret, aut occidat, nihil restituere tenetur, Sanch. *sup. n. 4.* Cravet. *conf.* 119. n. 11. Bonacin. n. 2. & alii communiter, quoniam hic in defensionem honoris ad locum destinatum exivit, ibique propriam vitam tuendo vulnus infligit, aut interfecit, & cum provocans fuerit in culpa, damnum quod senserit, non intelligitur sentire, ut resarciatur; ut inquit Pomponius *in l. quod quis 204. ff. de reg. jur.* Hinc est, ut si provocans percussit ad restitutionem obligetur, Sanch. n. 3. In dubio quis provocator præsumat? Iudicis in arbitrio est, de quo latè Menoch. *de arbitrar. cas.* 363. per tot.

77 Tandem ad supra tradita advertas, quod si injuriam passus nobilitate polleat, cessat obligatio restituendi ex præsumpta voluntate injuriati, quia inter Nobiles indecorum valde esset pecuniam propter injuriam recipere, Dian. *sup. resolut.* 61. Sanch. *dub.* 12. n. 6, ubi plures laudat. Undè si aliud de voluntate offensis constet, restitutio fieri debet.

Verf. Hæc omnia tendunt.

78 Pro injuria tripliciter reus potest molestari, criminaliter, ut arbitrio iudicis coercetur; civiliter ad vindictam, ut parti, cui illata est injuria, in satisfactionem, pecuniarium emolumentum applicetur ex bonis delinquentis, ac præterea agitur ad expensas, & damna resarcienda, quæ in re familiari occasione injuriæ contigerunt, quæ qualia sint, satis ostensum est. Qui civiliter actione injuriarum in iudicio expertus est, à criminali removetur, & è contra. Hæc omnia probant *l. quod Senatusconsultum 6. l. Prætor edixit 7. §. 1. cum seqq. ff. de injur. l. 21. tit. 9. part. 7. ubi Greg. Lop. glos. 2. Anton. Gom. d. cap. 6. à nu. 7. Clar. d. §. Injuria, n. 4. Pichard. in §. In summa, n. 12. 13. Inst. de injur. Boss. in prax. crimin. tit. de injur. n. 11. Paz *sup. tom. 1. part. 5. c. 3. in princip. à nu. 27. Azeved. in rubric. nu. 63. cum seqq. tit. 10. lib. 8. Recopilat. Farinac. *sup. quest.* 105. ex nu. 25. Gail. *observat. lib. 1. observ. 65. Plac. in epitom. delict. lib. 1. c. 6. n. 30. Surd. decis. 89. n. 10.***

79 Illud est observandum, quod si criminaliter actum sit, Iudici que visum fuerit, reum ad pecuniam condemnare, non est injuriato applicanda, sed Fisco, *d. l. 21. Partit. in fine, & ibi Greg. Lop.*

*glos. ult. glos. in §. In summa, verb. extraordinaria Inst. de injur. Pichard. ibi. n. 22.*

Verf. Sic injuriam passus.

Expensæ, ac damna peti possunt incidenter, five 80 criminaliter, five civiliter agatur, & principaliter intra viginti annos actione utili legis Aquiliæ, vel in factum, Gregor. Lop. *ubi proxime*, Anton. Gom. n. 10. Pichard. *num. 17. in fine*, Pat. Molin. *tom. 4. disp. 42. nu. 11. Paz. n. 31. cum seqq.*

Ibi: *Quinimo plurimum differt æstimatio.*

Quomodo sit faciendæ æstimatio tam injuriæ ipsius, quàm damnorum, & expensarum docent Ant. Gom. *d. c. 6. n. 7. Paz d. cap. 3. §. 6. ex nu. 2. Farin. *sup. nu. 49. Clar. nu. 6. Marant. de ordin. judicior. part. 4. in princip. n. 7. Cardos. in prax. Judic. verb. expensa, n. 18. Tusch. lit. E. cont. 624. n. 3. & hujusmodi discrimen inter æstimationem interesse, & affectionis, ex pluribus probat Hermos. in l. 8. glos. 8. n. 1. 2. tit. 3. part. 5. Sed meminisse hic oportet, *d. l. 21. tit. 9. part. 7.* qua disponitur, ut cum agitur civiliter actione injuriarum; prius Iudex quantum pro injuria sit præstandum, quas pars juret, æstimet; notat Gregor. Lop. *glos. 9. & probat Clar. ubi proxime.* In praxi tamen injuriatus juramento affirmat, se maluisse quantitatè, quam exprimit de proprio patrimonio diminui, quam illatam injuriam sustinere, quam summam postea, Iudex, si sibi visum fuerit, moderatur. Idem de juramento in litem, quod est affectionis, statuitur in *l. 5. tit. 13. part. 1. 8. ubi Greg. Lop. glos. 4. id notat, & quod de jure communi nihil interest, ut in juramento affectionis præcedat, vel subsequatur juramentum partis Iudicis taxationem. Idem tenet Hermos. d. n. 2. Azeved. in l. 5. à nu. 49. tit. 13. lib. 4. Recopil.***

Ad Num. 8.

Ad hanc Bartoli distinctionem consulendi sunt 82 Farinac. *in prax. quest. 22. per totam*, Bonacin. *in summa. tom. 2. disp. 2. quest. 4. punct. 2.* Caball. latissime agens *resolut. criminal. cas. 155. 157. 158. Jul. Clar. in prax. §. fin. quest. 84. Plac. in epitom. delictor. lib. 1. cap. 1. Canter. in suis quest. crimin. tit. de quest. tangunt. punit. delictor. c. ultim. Fachin. *controvers. lib. 9. cap. 46. Cavalcan. de Brach. Reg. part. 4. Tusch. lit. D. cont. 169. Guazzin. de defension. reor. defens. 33. cap. 21. ex nu. 5.**

Est ad præcipuum hujus capituli tractatum omnino 83 necessarium cognoscere, an unum, vel plura crimina ex eodem, vel diversis actibus resultent? nam si unicum sit delictum, & de eo reus fuerit absolutus judicialiter, aut alias liberatus, iterum molestari prohibetur; quamquam deducatur qualitas aggravans, quæ in prima accusatione fuerat prætermissa; secus si diversum crimen per illum constituatur, ut per Farinac. *d. quest. 4. n. 4. Guazzin. defens. 2. cap. 7. nu. 21. ubi alii Ant. Gom. lib. 5. c. 1. n. 27. Decian. *sup. lib. 3. c. 30. n. 24. 26.* At quando multa delicta, etiam ex eodem facto provenientia reperiuntur, quibus diversæ poenæ jure debentur, nihil impedit, ut pro uno punitus, aut absolutus, pro aliis possit in iudicio vexari; cum regula *c. de iis 6. de accusat. in diversis criminibus non procedat.**

Ibi: *Primum, quoties aliquod.*

Delictum toties puniri debet, quoties ex intervallo fugit iteratum, imò gravius propter reincidentiam

dentiam est in reum animadvertendum, *c. cum non ab homine 10. de judic. c. accusatus 8. de hæretic. in 6. l. 8. 15. tit. 2. l. 5. tit. 4. l. 4. tit. 6. l. 2. tit. 7. l. 4. §. cum aliis, tit. 11. l. 8. Recopilat. l. 6. 7. tit. 28. p. 2. l. non omnes 5. §. desertor, ff. de re militar. Jul. Clar. *sup. n. 2. Baiard. ubi n. 28. 29. Farinac. n. 2. Guzzin. de delict. q. 127. n. 1. Aug. Barbos. in collect. ad cap. 1. de pan. Simon. de Præcis *conf.* 104. n. 25. Boër. *decis.* 82. Caball. *d. cas. 157. num. 9. in fine.* Quod ratione limitatur infra, n. 99. & an propter consuetudinem delinquendi poena augenda sit? latè per Farinac. *quest. 23.***

Ibi: *His quidem verbis apparet.*

85 Qui eodem impetu quem percurit, & occidit, unius delicti homicidii scilicet reus sit, Farinac. n. 19. Clar. n. 4. §. Guazzin. n. 5. Bald. in l. illud, §. Si idem, in lectur. ff. ad leg. Aquil. Carrer in prax. §. Circa secundam, n. 66. Plac. n. 18. verf. Terrid. in hoc tractatu. Caball. *cas. 158. n. 2. 5.* Sed si unus sit vulneratus, & alter occisus in eadem rixa, & ad eundem effectum, veluti si volens perimere Cajum; Titium, qui hunc tuebatur, percussit; ac continuo illum interficiat; duo admittit delicta duplici poena coercenda, Guazzin. n. 6. Salycet. in l. qui de crimine, n. 13. cum seqq. *c. de accusat. Caball. nu. 7. nam ex multiplicitate objectorum, peccata, seu delicta multiplicentur, quamvis actus, si circa idem objectum versarentur propter continuationem moralem ad unicum crimen reducerentur; Bonac. *sup. n. 3. Caramuel in Theolog. fundament. n. 740. verf. Sit tertia, n. 1706. Verf. Ad secundam.**

86 Cum verò quis ex intervallo occidit, quem vulneraverat, tam de homicidio, quàm de vulnere tenetur, Farinac. n. 5. Canter. *sup. n. 5. Bald. ubi proxime, n. 2. Carrer. *sup. n. 9.* Quoniam interruptio actuum, etiam ad eundem finem tendentium distincta delicta efficit. Bonacin. *num. 4.**

Hinc quaeritur, si quis animo vulnerandi dumtaxat aggrediat, & vulnere inflato, commotus ita consilium mutet, adversariumque in continenti enecat, an de vulnere, ac de homicidio teneatur? Et Bart. in l. nunquam plura, n. 5. verf. Venio ad aliquas quest. ff. de privator. delict. affirmative resolvit; quam opinionem probant Caball. n. 17. 18. Clar. n. 5. Bolognin. *conf. ult. n. 2. & alii, sed de eam de consuetudine non servari, ultra Caball. & Clarum, afferunt Angel. in d. l. nunquam plura, n. 7. Anan. in c. fm. post n. 5. de collusion. detegend. Farin. n. 31.*

Ibi: *Tertium, quoties vel simul.*

88 Crimina diversa simul, aut ex intervallo patrata, ut plura plectuntur, nec unum alterum confundit, Farinac. n. 3. Caball. *num. 16. Plac. d. c. 1. n. 18. Guazzin. num. 6. Clar. n. 4. Quæ conclusio absque controversia admittitur, cum delicta, aut ex intervallo sunt, aut non diriguntur ad eundem finem, At quando delicta simul, & ad unum effectum committuntur, dissensio est; num majoris delicti poena tæterorum supplicium absorbeat, ut si quis percussit, ut fateretur; vel muros civitatis transcendat; ut stuprum perpetret; aut arma prohibita deferat; ut occidat; de quo Farinac. *num. 5. 19. cum seqq. Clar. ubi proxime Caball. n. 7. 16. Alex. de Nevo *conf.* 94. Magon. *Lucens. decis.* 84. in fine.**

Sed ad varietatem opinionum conciliandam sic distingui potest cum Bonacina *num. 8. verf. Hæc ramentum limitata.* Aut delictum, quod ordinatur ad aliud, habet propriam, & peculiarem malitiam distinctam ab ea, quæ in scelere principaliter intento reperitur,

ut cum quis vulnerat ad furandum; & fur tam de vulnere, quàm de furto plectetur, non enim prohibetur percussio, ne fuerit: Aut talem malitiam non habet distinctam, sed eadem est in delicto principali, ac in præparatorio, solumque per magis, aut minus distinguuntur, ut si aliquis arma prohibita portet, ut adversarium insultet, hæc enim prohibentur, ne ad percussiones, & homicidia perveniatur, atque ita pro delatione talium armorum, aut insultatione non coercetur, qui absque intervallo alium percussit, vel occidit; sed tantum pro vulnere, vel homicidio. Sed ubi est intervallum, delatio armorum, etiam ad actum licitum, ut ad occisionem banniti, puniri debet: secundum Menoch. *de arbitrar. cas. 574. nu. 4.* de quo potest merito dubitari; nam cum finis sit licitus, media punitione digna non sunt. Et eam distinctionem etiam aliis terminis utantur, probant juris Interpretes asserentes, quod si ex delictis diversis distincti resultent effectus, ut plura sunt puniendæ; secus si effectus non distinguantur, ira variis exemplis adductis differunt Caball. *cas. 100. ex n. 12. Bolognin. *dict. conf. vul. Guazzin. n. 6. Joseph. Ludovic. *Lucens. decis.* 61. à n. 5. Baiard. *dict. quest.* 84. n. 15. & 16.**

Ibi: *Quartum, si ejusdem actus.*

89 Repetitio criminis ejusdem, si in continenti fiat pro uno admisso punitur; unde pluries uno impetu percussus Titium, etsi mors non sequatur unica poena afficitur, graviore tamen pro numero vulnere, Farinac. *numero 7. cum seqq. & numero 16. in fine,* de praxi testatur Guazzin. *num. 5. Bonacin. n. 4. Baiard. n. 24. Canter. *sup. verf. Aut non sunt crimina.* Quamquam contrarium, nempe poenam in solidum pro singulis vulneribus irrogandam, sustinuerint Clar. n. 2. Caball. *cas. 155. Alberic. in l. Prætor edixit, §. Simili, num. 2. ff. de injur. & alii apud Farinac. nu. 6. Quorum sententia est omnino tenenda, cum quis duos homines, aut plures uno impetu vulnerat; nam quot fuerint percussi, tot poenæ sunt inferendæ, cum, ut alibi diximus, ex diversitate objectorum, aut personarum, delictorum numerus augetur, Guazzin. *ubi proxime, Caball. cas. 158. n. 7. Bonacin. num. 3. Imo Caball. ex nu. 7. & Clar. n. 3. sentiunt, ac probant, percussentem bidente, aut instrumento bifurcato eundem hominem, uno ictu, teneri ad poenam pro quolibet vulnere. Quod limitat idem Caball. n. 18. in levissimis vulneribus. Nihilominus ubi eadem persona quomodolibet in eadem rixa multis vulneribus afficitur tenenda est *D. Covar. communis opinio, quæ benignior est, argument. l. penult. ff. de panis, & quoad forum animæ ita docet Caram. cum aliis, *sup. n. 732. verf. Si quis uno ira.*****

Ibi: *Nam primò hinc constat.*

90 Percussus pluries Clericum eodem impetu, unicam dumtaxat excommunicationem incurrit, Clar. n. 2. Pat. Suar. *de cens. disput. 5. sect. 3. Mar. Alter. eod. tract. l. 3. disput. 10. c. 8. Bonacin. in sum. tom. 3. tract. de censur. disp. 1. quest. 1. punct. 5. num. 3. 5. Ugo. in simil. tract. tab. 1. c. 16. §. 3. nu. 5. Caram. ubi proxime. Tusch. lit. V. cont. 382. n. 1. ubi loquitur de eo, qui bidente, Clerico uno ictu plura vulnera infligit, Baiard. *q. 77. n. 19.**

Sed percussus successivè plures Clericos, tot excommunicationibus ligabitur, quot fuerint percussi; Bonacin. n. 6. Alter. *sup. Pat. Suar. n. 6. Quid si uno ictu, quis multos Clericos interficiat? & probabile est unicam excommunicationem contrahi,*